Fragmentarium

Universitätsbibliothek Leipzig

Fragm. lat. 341

agriſ· p(ra)tiſ. paſcuiſ· campiſ. cultiſ· ⁊ incul
tiſ· ſiluiſ· uenationib(us)· aquiſ· aquaru(m)ve de
curſib(us)· piſcationib(us)· moliſ· molendiniſ· viiſ
inuiiſ· exitib(us) ⁊ reditib(us)· quidam n(ost)ro fideli·
nomine Diemaro in proprium tradimus· eo
ſcil(icet) tenore· ut p(re)dictus Diemarus lib(er)am de
incepſ poteſtatem habeat. p(re)dictum p(re)dium
tene(re) tradere· commutare· uende(re). ſuiſq(ue)
poſteris dimitte(re)· uel quicquid ſibi placuerit
inde face(re). Et ut hec n(ost)re traditionis aucto
ritaſ· ſtabiliſ ⁊ inconuulſa omni euo p(er)ma
neat hoc p(re)ceptum inde conſcriptum ſubt(us)
q(ue) manu p(ro)pria confirmatum· ſigilli n(ost)ri
impreſſione iuſſimus inſigniri·

Henricus ſeptim(us) d(e)i gr(ati)a romanor(um) rex
⁊ ſemp(er) auguſtus· Uniuerſis ſac(ri) imp(er)ii
fidelib(us) inperpetuum. Regalem decet mag
nificentiam· ⁊ ad utriuſq(ue) uite p(ro)ficit felici
tatem· loca diuino cultui mancipata mu
nificentiis ampliare· necnon eor(um) commo
dis intende(re) cum effectu· Qua de re cognitu(m)
duxim(us) ad publicam uniuerſor(um) deduce(re) noti
ciam· q(uo)d cum iam dudum int(er) Nuenb(ur)
genſem ⁊ Cicenſem eccl(es)iaſ· ſup(er) iure eli
gendi uel coeligendi ep(iscopu)m· quod ſibi cum
Nuenburgen(ſis) eccleſia q(ue) cathedraliſ e(st) Cy
cenſe capitulum competere aſſ(er)ebat· q(ue)ſtio u(er)
teretur· ne liſ pene immortaliſ· cu(m) graui
eccl(es)iar(um) diſpendio p(ro)tenderetur in infinitu(m)·

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 341, 1v – Cartulary of the cathedral of Naumburg (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8hqt/287/3307)